

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

Prolegomena Primum

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

PROLEGOMENA.

PRIMUM

DE VETVSTATE REI NVMMARIAE IN TERRIS
AUSTRIACIS , EIUSQUE PROGRESSU.

I.

Nummothecam Principum Austriæ aperturis , quædam præmittere oportet, quæ rem nummariam cum Germania generatim , tum Austriæ speciatim , propiusque attingunt. Iam primo omnium convenit inter Eruditos , maioribus nostris in statu *Germania libera* degentibus , vix aliam *pecuniam* , quam *vivam* , ut vocant , atque tale commercii genus fuisse , quod permutatione pecorum , armentorum , vel frugum fieri assolet (1). Ubi vero cœptum fuit ob publicum usum mercium , aurum argentumque in pretio haberi , pecunia a *Romanis* *Gracisque* signata , *Germanis* nostris data & accepta fuit. Hinc notissimi *Victoriati* , *Bigati* , *Quadrigati* , *Serrati* , *Ratiti* , & nummi *Byzantini* , quos hodieque in variis Germaniæ provincijs e terra effodiunt. Invecto itaque nummorum usu , & per gentes , *Romano Imperio* additas finitimasque , comprobato , nullam tamen pecuniam ipsi cudebant *Germani* , sed *Romana* ac *Byzantina* utebantur (2). At res nummaria per Germaniam immutata est , simulque nativa Regum suorum maiestate crevit demum , invaluitque , postquam *Franci* arbitrium rerum per Europam adepti , non solum *Gothos* ac *Longobardos* armis delevissent , sed & *Gracos* ex *Latio* , omniq[ue] *Hesperia* submovissent (3). Longum foret , quin & superfluum de re nummaria , qualiter apud Germaniæ populos universem obtinuerit , notiones hic in medium adferre ; quum multi præstantes ingenio , ac singularis eruditio[n]is Viri hocce argumentum iam s[ecundu]s cum diligentia pertrahaverint. Quam ob rem instituti nostri memores , ad *Nummos Austriacos* , tanquam ad nobilissimum iucundissimumque MONUMENTORUM AUSTRIACORUM genus nos convertimus.

Res monetaria
apud Germanos se-
ro in usum venit.

II.

Quo tempore Austriæ Principes nummos signare ceperint , tam accurate definiri haud potest. Omnium antiquissimus , qui se nobis obtulit , Austriacorum nummorum , ad POPPONEM pertinet , Antistitem Ecclesiæ *Trevirensis* , quem postea producturi sumus. Is confirmationem iuris monetam cudendi ab HENRICO III. Imperatore , ineunte seculo xi. accepit (4). Sed exinde minime con-

Tempus , quo
ius cudenda mo-
netaræ Austriæ Prin-
cipibus obtigit; dif-
ficulter figi potest.

sequi

(1) TACITIUS de mor. Germ. cap. v.

(2) HACHENBERG. Diff. x. de re num. vet. Germ.

p. 275.

(3) Id. §. ix. p. 258.

(4) Vid. Histor. Trev. Reverendissimi ac illustr. Jean.

Nicolaï ab HONTHEIM Suffraganei Trevir. Tom. I.

p. 835. & cod. prob. p. 885.

4

PROLEGOMENON

sequitur, ut aut pater ipsius LEOPOLDUS *Illustris*, quamvis de S. R. Imperio multis nominibus meritus, aut proximi successorum eius, pari prærogativa aucti fuerint; quippe quod ius illud a POPPONE tanquam *Archiepiscopo Trevirensi*, non ut *Marchione Austriae* exercitum fuit. Præterea satis constat: Principes ordinis Ecclesiastici eodem illo iure multo maturius gavisos fuisse, quam Seculares, quorum, uti communis Eruditorum fert opinio (5), eiusmodi *regale* ante seculum XII. vix uni aut alteri obtigit, cum e contrario non desint monumenta, quæ illud cum personis Ecclesiasticis nonnullis, seculis post Christum natum octavo & nono (6) in usu fuisse luculenter evincunt.

5

6

7

8

III.

F. Sub initium regni eiusdem imperii, in utroque fuisse certe condit. HÆC vero qnamvis ita se habeant, ex certis tamen & indubitate monumentis novimus, ab Austriae Principibus usum signandi monetam sic satis adhuc tempestive introductum fuisse. LEOPOLDUS VII. dictus *Gloriosus* circa annum 1228. dato diplomate (7) artis monetariae peritos, quos *Flandrenses* nominat (qna ex Flandria adsciti erant) *Vienna* cives instituit, iisque privilegia & exemptiones elargitus fuit, per hæc verba: *Notum fieri volumus, quod Burgenses nostros, qui apud nos Flandrenses nuncupantur, taliter in civitate nostra Vienna instituimus, ut ipsi in officio suo, iure fori nostri, in civitate & terra nostra, libertate & privilegio aliorum nostrorum Burgensium omnimode gaudeant, & utantur.* Præterea ipsos ab officio Iudicis nostri in Vienna ita eximimus, ut super quibuscumque querimoniis coram ipso non respondeant, sed coram CAMERARIO MONETE NOSTRE trahant in caussas, speciali exceptione, de omnibus responsuri. Ex quo colliges, personas cedendis nummis addictas, æque ac ipsam rem monetariam Camerae Principis subiectas fuisse, neque de his ad cives quidquam pertinuisse. Quin sequitur in contextu: *Subiungimus insuper, & confirmamus, ut in eorum officio negotiari nullus presumat, nec audeat, nisi ab ipsis receptus in consortium: cum eis sub eodem iure in omni pensione & stirva respondeat, sicut ipsi.* Cautum porro fuit ab ipso Duce LEOPOLDO, in codice iuris Ducatus Austriae, ne quisquam præsumat monetam percutere, sub poena in falsarios lata. Lex hac super re præscripta patrio sermone ita sonat (8): *so soll auch niemand pfennig schlagen auf des Landes ehe Herrn; damit ihm die münz nit gefälschet wvurde: vver es darüber thut, da soll man überreichen, als über einem falscher, den man des mit der Landschafft überkombt, und mit der Landt gevissen.* Hæc subinde moneta Austria in exteris quoque provincias peralta, & ibidem recepta fuit: donec OTTO Bavariæ Dux anno 1253. *novam monetam fabricari iussit, mandans ipsis (nummos) demum,*

(5) LUDEWIG Einleitung zum Teutschen münz wesen p. 54. seqq. MOSER in not. ad eund. p. 19. Illustr. Comes a BUNAU de iure circa rem monet. c. 11. S. 41. ali.

(6) Vid. PFEFFINGER ad Vitriar. lib. III. tit. IV. pag. 459. seqq.
(7) Infra in Probat. ad Proleg. n. 1. p. 249.
(8) Apud LUDEWIG in reliquis MSS. T. IV. p. 18.

PRIMUM.

III

E non alios, recipi in toto suo districtu versus Austriae (9).
Hæc autem biennio post iterum abolita, ut testatur idem chronicus (10).

9

10

IV.

Certum itaque ac indubitatum est, usum cudiendi monetam in Austria iam tum seculo XIII. forensem atque publicum fuisse. Sed dubium restat, an non id aliquanto citius obtinuerit? Dubitandi argumentum suggerit diploma, paragrapho praecedenti laudatum, ubi LEOPOLDUS VII. Flandrensis ius civitatis donando, de Camera monetæ sua, quasi de re, tum temporis iam iam introducta, loquitur, *ut super quibuscumque querimoniis, inquit, coram ipso (iudice Wiennensi, Flandrenses) non respondeant, sed coram camerario (utpote iam ante instituto) monete nostre trahant in causas.* Roboratur hæc coniectura ex testibus subscriptis, quos inter nonnulli nominantur, qui artem monetandi callebant: DIETRICUS magister monetæ, RUEDEGERUS incisor, HEINRICUS socius eius, MAHFRIUS monetarius & ALBERTUS chlebarius (11). Hos utique alias a Flandrensis fuisse exinde colligitur, quod in gratiam eorum, testimoniis vice functi fuerunt.

Quamvis dubitandi locus sit, an non id factum aliquanto tempestivius?

II

V.

Diploma a RUDOLPHO I. Rom. Rege circa annum 1281. monetariis Wiennensis datum, & postea ab ALBERTO I. Austriae Duce confirmatum (12), luculenter edocet, rem monetariam in eundem seculo XIII. in Austria sub LEOPOLDO Gloriose aut institutam, aut restauratam, sub finem eiusdem seculi pleno adhuc in vigore permanisse: tum vero monetariis amplissima, quibus a laudato LEOPOLDO donati fuerant, privilegia & immunitates auctas fuisse & confirmatas. Recte quidem advertit Cl. HANTHALERUS (13) in dictis privilegiis nullam fieri mentionem de forma, figura, pondere, valore, ac numero monetæ: illud tantum moneri ac præcipi: quod si Princeps provinciæ novam cudi velit monetam, id non nisi *simplici ferro*, ac uno typo nummario, nec alibi locorum, quam *Vienna*, *Neostadii*, & *Ennsii* (olim *Laureaci*) fieri debere: ipsi vero monetarii typos nummarios diligenter in custodia teneant. Verba germanica hac de re sic habent (14): *Wir wollen auch, ob der Fürst des landes uvolt pfenning erneuven, mit einem einfältigen eyfen, das sol nyndert geschehen, dan zu Wyen, ze der Neuenstat, und zu Enns: und sollen auch der eyf in hütten mit gutem fleys dy Haussgenossen.* Quo circa lector monendus est, in codice chartaceo bibliothecæ Wiennensis civicæ, quo inter cetera urbis iura & privilegia p. 32. sub rubrica: *Das ist die Handfest der Haussgenossen:* integrum versum, qui de statis monetariorum locis loquitur, omissum esse:

Sub finem eiusdem seculi res nummaria in terris Austriacis firmata & aucta fuit.

12

13

14

TOM. II. P. I.

e

(9) Apud FREHER. Chronic. Augustens. T. I. script. rer. Germ. p. 376. ad h. a.

pro typis monetariis, *Chalybe*, nomen trahens.

{ 10) Id. Chronic. ad an. 1255. p. 378.

(12) Probat. p. 255. n. IX.

{ 11) Forte *Clibanarius*, vel *Chalybarius*; a preparando,

(13) De monet. Wiennensi. p. 8.

{ 14) Probat. p. 257. n. IX.

15

esse: tum vero male ex his inferri a laudato auctore, ius cudendi monetam *civitati Wiennensi* iam tum a LEOPOLDO VII. datum fuisse; aliud quippe est in *civitate Wiennensi* monetarios inquilinos, privilegiis civium gavilos fuisse, qui proprio vocabulo *Munzer*, und *Hausgenossen*, & in diplomate latino RUDOLPHI Imp. de anno 1278. *Consortes* appellati sunt (15). Aliud vero magistratum *Wiennensem*, ad instar ceterarum urbium Imperialium, iure signandi argentum (quod LAZIUS perperam afferit) a LEOPOLDO & FRIDERICo AUSTRIÆ Ducibus donatum esse. Hoc ultimum refellit namque contextus diplomatis *Rudolphini*, ab ipso auctore adductus, in quo statuitur: quod monetarii, & qui ad rem nummariam attinent, *Camera Cesarea* reserventur: *Und vwellen das die Havvissenossen, und all ir diener, dy zuv der munz helffen, ALLE GEMAIN GEHORENT IN UNSER CAMMER.* Quin immo ne quidem licitum erat civibus aurum vel argentum a mercatoribus Wiennam adventantibus emere. His namque conceptis verbis prohibitum erat: nedum ut nullum vel aurum, vel argentum in Austria emerent, sed & ne venderent quidem, nisi ad *Camaram Principis*, ut ex diplomate ALBERTI, postea Rom. Imp. I. in calce huius voluminis, num. VIII. p. 254. adducto, intelligimus. Accedit, quod ipsa constitutione ALBERTI i. dictis *Consortibus*, vulgo *Hausgenossen*, iniunctum erat, pecuniam pro signo monetandi acceptam, germanice *Schlagfatz* (16), Principi exsolvere (17). Cetera corollaria, quæ Clar. HANTHALERUS ex præmissis privilegiis & diplomatis deducit, bene se habent: monetarii nimurum in Austria permisum fuisse *nummulos*, vulgo *penninge*, simplici typo, id est ex altera tantum braœteati æris parte, signare.

16

17

VI.

Monetarios Flandrenses nummos arbitrariis signis distinctos, primo in Austria cudiſſe, conjectura probabilis est.

Qui ex Austriacis nummis ultimam antiquitatem redolent, rudi admodum minerva, ut pleraque eius tempestatis opera, fabrefacta esse, ocularis eorundem inspectio docebit. *Flandrensum* hæc opera videntur, qui artis suæ periculum facientes, figuris rubibus ad genium eius seculi, iisque arbitrariis, donec Ducibus vi sum fuit, clypeum *Austriacum* in nummis spectabilem reddere, argentum initio signarunt. Huic conjecturæ locum faciunt plures nummi, diversis temporibus *Vienna*, *Mellicii*, tum etiam *Gottwici*, alibique locorum per Austria e terra effossi, quorum ectypa ordine postea daturi sumus. Scio equidem, legitimum argumentum ex eo confici non posse: quod, ubi nummi diversi generis, variique typi in quadam civitate reperiuntur, ii omnes ad eandem pertineant, vel in eadem provincia cusi sint: attamen, ubi maximam eorundem partem eo pertinere ex signis indubitatis cernimus, probabilis conjectura enascitur, etiam reliquos eo revocandos esse; maxime, cum quoad pondus & magnitudinem con-

{15} Probat. n. 1. p. 249.
(16) Confer. WACHTER. in Gloff. h. v.

(17) Probat. num. vi. p. 253. & prefatim n. xvi.
p. 263.

veni-



veniunt, atque nummi minuti sunt, qui, ut plurimum, non nisi eam, in qua conflati fuerunt, pervadere solent regionem. Sed ita contigit, ubi hac nostra ætate armamentarium civium *VViennæ* exstribatur, reperti sunt veteres nummi *Austriaci*, quibus adiuncti erant alii, eiusdem qualitatis, scuto *Austriaco* quidem destituti, signa tamen rudi manu efficta referentes. Hos igitur coniecto a laudatis *Flandrenibus*, variis striis, siglis & punctis, octogono item, pro arbitrio eorundem, signatos fuisse; tum, quod ea tempestate insignia gentilitia pecuniae insculpere nondum in frequenti adeo usu fuerit: tum, quod artis imperiti, satis habuisse videantur, aliquid saltem secundum eorum genium, ut ut rude & impolitum fuisse, nummulis imprimere. Processu autem temporis factum est, ut pantheram, *Styriae* symbolum, repræsentare, illudque scuto *Austriaco* in eodem umbone coniungere, tum id ipsum pectori animalis imprimere tentarent. Comparuit postea *Austria* parvula elegantiori forma, frondibus, ornatus caussa, adpositis, cum interim ne unus omnium *Austriacorum* illius ævi monetariorum tantum sibi ausus est, ut epigraphen quandam continuam exhiberet.

VII.

Antequam ulterius progrediamur, expendendus est locus *Wolfgangi LAZII*, a Cl. HANTHALERO (19) iam excitatus, locus de moneta Wiennensis expenditur. ubi de re monetaria *VViennensis* differens, eum hunc in modum exponit: 18 19 His igitur Magistratibus Respublica Viennensis, cum in immensum cresceret, Principum suorum studiis accendentibus: ius quoque signandi argentum, ut cæteræ Urbes Imperiales, impetrarunt, eique rei magistratum prefecerunt: qui certo quodam civium collegio adhibito, atque ex his potissimum, qui rem domi copiosam habebant, & argentum suppeditare poterant, nummos argenteos, minores & maiores, quadrangulares, urbis nomine, insignibus quoque eius, cruce videlicet, adiectis, quotannis cudebant: usi in hac re bracteariorum opera, quos in adiibus suis passim alebant, a quibus in hanc usque diem vico nomen manfit, ubi magnificentissime urbis ades visuntur, vulgus vocat: die Münzer-Straß, in qua hodie mercatores colunt, qui ex Italia Viennam merces ferunt. Ipsi adeo gentilitio sermone huius ordinis cives Hauffgenossen, h. c. Domuss & Familia confederatae, qui vero his Senatus nomine præfuit, Magister Monetæ appellabatur, cui proxima sedes Praetori adsignabatur: primis quoque annis Praetoribus pralati; adeo, ut consulatu fuerit hic quoque multo tempore coniunctus magistratus. Qui demum ab *Austriæ* Archiducibus, cum magnitudinem fortunæ peccandi licentia metiti fuissent, prærogativa ista tam splendida abusi, unacum collegio & prærogativa sublatus fuit. Multa sunt in hac oratione & obscura & præpostera. Primo enim LAZIUS, a quo Principe & quo tempore civitas *VViennensis* ius cudenti monetam obtinuerit, filet, atque adeo illud laudatæ reipu-

TOM. II. P. I.

e 2

blicæ

(18) Commentar. Rer. Viena. lib. iv. cap. penult.

(19) Wiener-münz. p. 5.

PROLEGOMENON

blicē competiſſe, ſine teſte afferit. Poſtea quā de ciuium collegio & bracteariorum opera, nec non de monetariis, vulgo *Hauſſgenoſſen*, exponit, ad recitatū ſupra LEOPOLDI VII. diploma pertinent, adeoque de provisione Ducis, & de monetariis *Flandrenſibus*, non vero de diſpoſitione a repub. Wiennensi facta, interpretanda ſunt. Denique cum a Cl. HANTHALERO tum a LAZIO præter fidem adſtruitur: cives locupletiores in domibus fuis cudi curaſſe *quotannis nummos argenteos minores & maiores, quadrangulares, insignibuss civitatis confiſcios*; lege enim iuriſ Austriaci ducatus, ſuperius reci-
 20 tata (20), vettum erat: ne quisquam præter monetarios, CA-
 MERÆ PRINCIPIS addic̄tos, monetam cudere ſibi ſumeret: tantum-
 que abeft, ut urbi Wiennensi exemplo reliquarum ciuitatum Im-
 perialium facultas monetam cuđendi (id quod cum LAZIO Cl. HAN-
 21 THALERUS (21) fuadere conatur) unquam confeſſa fuerit, ut
 chartæ & diplomata, a LEOPOLDO Glorioſo ad FRIDERICUM Placi-
 dum uſque, continua ſerie a nobis adducta, liquido demonſtrent,
 22 omnes Austriæ Principes ius illud ſolos exercuiſſe (22), illudque
 inter præcipuos fontes, ex quibus CAMERÆ prouentus affuerent,
 23 habuiſſe (23): qua de re videri quoque poſſunt, quā hic num-
 v. diximus. Illud vero ex LAZIO notari meretur, quod rela-
 tioni ſuꝝ addidit syllabum octo Præfectorum, qui Wiennæ rem
 monetariam curarunt. Incipit ille ab anno 1289. & definiſt in
 24 *Thoma Moing.* Sed his multo antiquior eſt DIETRICUS a nobis
 25 ſupra (24) laudatus. *Thomam* quoque Moing forte excepit Io-
 annes de WESL, de quo meminit charta FRIDERICI Placidi (25). Recen-
 tioriorem quoque rei monetariæ Præfectum prodiſ Rev. P. HAN-
 26 THALERUS, Ioannem Schuwartz, ſub FERDINANDO I. Archiduce
Neofladii capite plexum (26).

VIII.

Condicio rei
nummarie in Au-
ſtria feculo XIV.

Typi nummarii ſeculo XIV. regnante in Austria ALBERTO II. cognomento *Sapiente*, iam iam elegantiore formam induerunt; video enim in nummis huius Principis pisces Pherretanos Austriaco ſcuto af- fabre iunctos, & ex nobiliori argento percusſos. Tum vero ani- madverto nummos ex auro signatos eſſe cum iconē S. IOANNIS BAPTISTÆ, qua in re Austriaci *Florentinos* imitati ſunt. Nummi præterea non modo iunctis *Austria*, *Styria*que ſcutis, ſed etiam epi- graphe ornati comparent. Nullus autem nummus Austriacus ante ALBERTUM II. cognomento *Sapientem* epigraphe instructus, ad manus meas pervenit: ſi excipias POPPONIS Archiepifcopi num- num; qui tamen non in Austria, ſed *Treviris*, aut alibi locorum cuius fuit. *Flandrenſes* itaque, qui antea rudi arte argentiū ſignabant, hac ætate vel ex Austria iam valere iuſſi, vel iſtorum lo- co, iunctis forte *Florentinis* (uti hac ætate in vicino Bohemiæ regno

factum

(20) num. III. p. 2.
(21) Loc. cit. pag. 7.

(22) Vid. si libet ſepe laudatx probat. inſra pag. 249. ſeqq.

(23) Diploma Rudolphi IV. num. x. pag. 258.
(24) Num. 11.

(25) Probat. ad Proleg. n. XVI. pag. 263.
(26) I. c. p. 12. ſeqq.

factum novimus, quod *Florentinos* monetarios adscivit) vel ad horum imitationem, maiorem peritiam iam adepti, solidos ex auro & argento, utraque parte signatos, in Austria ediderunt. RUDOLPHI IV. monetæ venustiori itidem typo signatæ comparent. Sed res nummaria vel ob quæstum pecunialem, qui Principis ærario, ex titulo iuris *monetam signandi*, obvenerat (27), vel commercii promovendi caussa, nummos ex mente Pl. Rev. P. HANTHALERI (28). Austriacos iam in quinque species divisit: *obolum* scilicet, *denarium*, *binos*, *ternos*, & nummos *quaternarios*, horum vero valor toties crevit, diminutusve est, quoties probitas æris vel quantitas ponderis immutata fuit, vel denique quoties mandatum Principis aliter exegit; quare nihil certi de pondere & valore monetæ Austriacæ universe definiri potest. Mos tamen communis erat, quem Wienenses in emendis brassicis capitatis, atque in inductionibus imponendis, seu in constituendo, quantum pecuniæ quivis ordo seu status ad ærarium dare teneatur, hodieum tenent. In his enim computus fit etiamnum per *solidos*, vulgo *schilling*, & *libras* seu *pfund*. *Solidus* quadraginta denariorum, seu nummorum minutorum, *pfenninge*, valorem habet: *libra* vero ccXL. Huc quoque pertinet, quod Cl. *Philibertus HUEBERUS* in hanc rem observat, quando ait: anno 1310. & posterioribus duobus seculis, hodierna nostra estimationis florenus, vulgo ein Gulden oder 15. patzen, quibus temporibus in his oris appellabatur LIBRA DENARIORUM aut TALENTUM. Ita nostra (puta Mellicensia) antiqua monumenta & urbaria passim. Denique post medium eiusdem seculi RUDOLPHUS IV. cum consensu Ordinum Austriae, datis litteris, (29) quæstum illum pecunialem, quo de mox memini, in *tributum*, a cauponariis exigendum commutavit, reservata tamen libera sibi potestate, quæstum illum, ex iure *monetam cudendi* provenientem, revocandi.

27
28

29

IX.

ATque hinc maiorum more perseverarunt Principes Austriae in cudendis monetis seculo xv. donec FRIDERICO Placido Imp. Romam profecto, elegantioris formæ numismata oblata fuerunt. Tum enim præter nummos usui communi destinatos, *solidi* quoque nummi diversæ formæ & variae magnitudinis *mnemonici*, & *iconici*, utraque parte signati, atque inscriptionibus ornati, in Austria pariter, sed sensim, percussi sunt: quorum ectypa suo ordine deinceps exhibeo. Antea vero *solidi*, dupli typi signati, in Austria raro sunt visi; *nummuli* ut plurimum *Albi* & *Nigri* a coloribus argenti & æris sic dicti, adeo in communi usu verfabantur, ut plura talentorum millia, non alia specie, quam *nummorum nigrorum* in commercio essent. Huius generis triginta florenorum millia in uno loco simul reperta esse, tradit BURCKENIUS apud HANTHAL-

Seculo xv.

e 3 RUM

(27) Loc. cit. num. x. p. 258.

(28) Loc. cit. pag. 11.

(29) Probat. ad Proleg. n. x. p. 258.

30 RUM (30). Neque celare hic iuvat, *nummos* hos *nigros*, de quibus sermo est, non alia de caussa, quam ob belli necessitates, imperante FRIDERICO *Pacifico*, post medium seculi xv. non modo in provinciis Austriæ, sed etiam in ducatu Bavariæ, in terris Salisburgensibus, aliisque regionibus exortos atque receptos fuisse: de quibus conqueritur Annalista Salisburgensis (31). Sed nobis infra in nummis FRIDERICI Cæsaris de ista *nummularum* specie sermo recurret.

X.

De monetis Austriae trans Anasum, Styria, Carinthia, & Tyrolis.

32 Provincia Austriaca trans Anasum iis fere similia in re nummaria habuisse videtur fata, quæ Austria Inferior experta fuit. Legimus enim in sanctione monetali a RUDOLPHO IV. anno 1359. (32) publicata: æqualem monetæ rationem in provinciis *Supra* & *Infra Anasum* habendam esse. Attamen reperi nummos bracteatos antiquos, insignia provinciæ *trans Anasum* sola referentes: sed non audeo eorum typos, utpote elegantiori forma iam expressos, monetariis illis *Flandrenibus* ac *Florentinis* pro fœtu adtribuere.

Styrensum nummos veteres, ætate fere æquales habeo cum moneta Austriaca. Adservamus namque bracteatos, *Panthera*, symbolo *Styrie*, rudi ac impolito typo signatos. Nec dubito eiusmodi nummis *Flandrenses* illos, qui in Austria monetam cudebant, auctores adscribere; cum quia uterque ducatus uni Domino parbat, cuius proin iussu & auctoritate argentum utrumque pro æario suo signatum fuit; tum quia Styrenses æque ac Austriaci minoris illas bracteolas, quas phrygii operis periti, splendoris gratia suis in rebus adhibere solent, *Flinderlen*, deducto ac quasi conservato a *Flandrenibus* nomine, hodieum appellant.

Quo ævo nummi in Carinthia primo cusi sint, definire nolim. Prope fidem est, Carinthiacos horumque finitimas gentes, iurisdictioni Principum Austriae obnoxios, in re monetali Styrenibus, Austriae morem geffisse: monetam proinde Austriae in commerciis tractandis usurpasse, donec propriis typis nummaris gavisi sint. Tum vero nummos suos typo, iconem, scutorum locatione, atque ipsa epigrapha singulariter distinctos, atque conspicuos ediderunt. Supersunt namque nummi Carinthiaci cum iconem S. LEOPOLDI, alii scutum *Austriacum*, a sinistris clypeum *Carinthia* referentes, alii denique titulum *Archiducis* æque ac nummi in Austria cusi, exhibent. Sed haec recentiori tempore acciderunt, quod de nummis *Goritia* pariter intelligi volo: quare de his suo loco plenius exponemus.

In Comitatu denique Tyrolensi propriam monetam iam fuisse signatam, priusquam is ad RUDOLPHUM IV. Austriae Ducem devolutus esset, ex nummis, quos vidi, aquila simplici conspicuos, certus sum. Quin Cl. Auctor, qui recens aperta *Grossorum scrinia*

(30) Loc. cit. p. 12.

(31) Ap. R. P. PEZ Script. rer. Aust. T. II. p. 429.

(32) Probat. num. x. p. 259.

anno 1749. Lipsiae edidit, duos eiusmodi *Grossos* Tyrolenses, æri incisos exhibet (33); eorum alter hanc epigraphen refert: † COMES TIROL: *ensis*. In postica: DE MARANO. Alter ita habet: MEINARDUS. In aversa: † COMES TIROL. *ensis*. Ambo sane ætatem prædicti RUDOLPHI IV. utique superant: horum delineationes in supplementis dabimus Tab. XLIX. num. xxiv. & xxv. Reperiuntur præterea in iis, ibidem subinde cisis, quædam singularia, quæ in nullum alterius provinciæ nummum convenire possunt. Tyrolim autem SIGISMUNDO, Austriae Duce, gubernante, plures elegantiorisque formæ exinde prodierunt nummi, quam in ipsa Austria. Verum circa hæc modo non moramur; cum constitutum nobis sit de SIGISMUNDI nummis subsequenti Prolegomeno ultimo pertractare. Nec iuvat chartas, diplomata ac leges de re nummaria a Principibus Austriae, diversis subin temporibus promulgatas, hoc loco in medium adducere; huiusmodi enim ad calcem operis, probationum loco, reservamus. Quamobrem pauca hæc, quæ de vetustioribus nummis Austriacis generatim præmonuimus, in ordine ad illa, quæ sequentur, dicta nunc sufficient.

PROLEGOMENON SECUNDUM DE NUMMIS PRINCIPUM AUSTRIÆ EX LINEA BABENBERGICA: UBI DE NUMMIS CUM ICONE DIVI LEOPOLDI MARCHIONIS, EX OCCASIONE AGITUR.

I.

Rariores censendi sunt nummi Principum Austriae, a Babenbergica stirpe oriundorum, quam eiusdem gentis sigilla & insignia: quamquam hæc non nisi fragili ceræ impressa, illi ex auro argentoque conflatæ; hinc paradoxum videri nemini debet, si quis dixerit: ceram, seu sigillum, in monumentis Austriacis esse perennius. Multa enim veterum Marchionum Ducumque Austriae sigilla hac nostra ætate ex archivis eruere adhuc licuit, quorum ectypa Tom. I. Diff. I. exhibuimus: sed in nummothecis Austriacis, quotquot hactenus conspicatus sum, vix aliquot numeros reperi, qui primis Austriae Principibus certo attribui possint, vel eam attingant ætatem, qua illi fasces in hisce provinciis tenuerunt. Ad hanc tamen classem pertinent duo nummi, aliunde ab amicis mecum communicati, quorum alter POPPONIS Archiepiscopi Trevirenensis est, alter HERMANNI Marchionis Badensis: hic in gazis *Fridericianis* Gothæ adservatur. Non nullos dein adeptus fui eius generis nummos, de quibus, ut supra memini, non nisi per conjecturam probabilem assequi licet, eos ab inductis primo in Austria monetariis percussos fuisse: alios porro obtinui vere Austria-

Raritas nummorum, sub Marchionibus & Ducibus linea Babenbergica in Austria conforum, eorumque ordo hic constituitur.

acos

(33) Supplement. I. Tab. XVI. num. 162, 163.